



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi
Thomæ**

Suárez, Francisco

Moguntiaë, 1620 [erschienen] 1621

Cap. IX. An Deo conueniant alia attributa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84432)

per modum efficientis causae, licet enim causa efficiens, ut sic per se ipsam non perficiat hominem, & ideo videatur denominari bona quasi per extrinsecam denominationem ab effectu suo, sicut etiam denominatur mala, si aliquid disconueniens efficiat, nihilominus etiam virtus ipsa, & potentia, quae est in Deo est simpliciter bonum hominis, quia valde conueniens homini est, ut talis virtus, & potentia fit in rerum natura, & intime fit in ipso homine conferens, & conseruans esse, & omne aliud bonum eius. Vnde etiam hac ratione homo, (& suo modo omnis res alia) vnitur Deo tanquam supremo bono suo.

76. Res in se habet bonam operam bonam moraliam exercens, vel habitu, vel aptitudinem retinent, quatenus sunt dispositae, & propense ad illud bonum exercendum. Et licet etiam, altiori, & li, aut actiua excellentiori modo est Deus summè bonus, quia est summè rectus in omnibus operibus suis. Quia rectitudinem habet ita connaturalem, & intrinsecam, ut sit regula omnis bonitatis, nec possit aliquid præter rectam rationem operari. Vnde est illud Psal. 144. Fidei Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, & iterum, Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus, &c. Et hoc sensu videtur appellari Deus bonus, Psalm. 118. Cum dicitur, Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificaciones tuas. Item Psalm. 105. 106. 117. & 135. Confitemini Domino, quoniam bonus, & iustus in omnibus operibus suis, quae sunt plena misericordia, & bonitate, ut ibi describitur Dei explicata creaturarum illa sint beneficia Dei, per quae consequuntur, quidquid boni in eo genere habent, tamē ut sunt actiones liberæ Dei habent bonitatem moralem, seu ab illa, quae in Deo est proficiscuntur. Est autem illa bonitas in Deo, considerata in actu primo nostro modo loquendi, sola naturalis rectitudo voluntatis eius, in actu vero secundo est voluntas libera benefaciendi alijs, nam prout se ipsum amat, non est ibi propria bonitas moralis, quia in eo actu, ut sic non est libertas.

77. Sanctus Dei. D. Thom. 2. 2. qu. 81. art. 1. Hoc autem modo non potest Deo proprie conuenire, quia Deus non habet superiorem, quem colat, vel cui adhaereat, ut ultimo fini. Tamen hæc imperfectio non est de ratione sanctitatis, ut sic, sed significat perfectam munditiam, cum firma adhesionem ad summum bonum. Hoc autem summum bonum respectu creaturarum est finis vltimus, respectu vero Dei est ipsemet Deus, qui in se ipso quiescit, & per se beatus est, & ita verè, & proprie est Deus sanctus, ut in citatis testimonijs, & passim in scriptura appellatur. Imò continuè ab Angelis proclamatur, sanctus, sanctus, sanctus, Isai. 6. & per antonomasiam ipse solus dicitur sanctus. 1. Regum. 2. Non est sanctus ut est Dominus, neque enim est alius extra te, &c. Quia nullus ita adhaeret suo bono per adhesionem (ut ita dicam) essentialem, sicut Deus. Neque potest esse creatura ita munda, & incapax omnis maculae moralis, sicut ipse. Est ergo omnibus modis bonus, & sanctus.

18. Annosatio bonitatem non esse illam, quae transcendentalis est, ut per se constat, nec esse vnum peculiare attributum Dei, sed comprehendere varia, scilicet, omnia illa, quae specialem aliquam virtutem, seu actum voluntatis diuinæ indicant, ut charitatem, misericordiam, iustitiam, & similes, de quibus postea dicemus. Bonitas ergo transcendentalis in Deo est vel prima, vel secunda, quae à nobis explicatae sunt, vel vtramque simul iuxta varios modos explicandi bonitatem transcendentalis, de quibus in disputat. 10. Metaphysicè diximus. Præcipuè verò solet denominari Deus

bonus ex plenitudine omnis perfectionis, & quatenus ex plenitudine eius propensus est ad se diffundendum, & communicandum alijs, quibus bonus esse potest. Quomodo videtur de bonitate Dei præcipuè agere Dionys. c. 4. de Diu. nom. Sic autem clarum est bonitatem nihil addere essentiae Dei secundum rem, sed solum secundum quandam connotationem, & habitudinem rationis nostro modo concipiendi, nõ quod relatio rationis sit bonitas, sed fundamentum eius, ut d. loco declarauit.

Dionys.

CAPVT IX.

Verum Deo rectè tribuantur alia prædicta, seu attributa, & quoduplicia illa sint.

Ratio dubitandi est, quia in superioribus explicuimus prædicata omnia, quae Deo conuenire possunt, quae ratione est ens, & quae possunt in illo à nobis concipi, secundum quandam coordinationem essentialem, per conuenientiam & differentiam à creaturis: vsque ad propriam Dei essentiam constituendam, sed præter hæc nihil aliud potest proprie prædicari de Deo, ergo. Probatur minor, quia si aliquid aliud prædicatur, vel est essentialis, vel extra essentialiam hoc posteriori dici non potest, quia diximus, Deum in sua essentia claudere omnem perfectionem suam, si verò dicatur primum, necesse est, tale prædicatum contineri sub his, quae iam tractata sunt, alias certè non esset à nobis sufficienter essentia Dei explicata. Ergo nihil aliud potest de Deo proprie prædicari. In contrarium vero est, quia profitemur secundum fidem, Deum esse sapientem, iustum, misericordem, immutabilem, incomprehensibilem, ineffabilem, & alia similia, quae non per mataphoram, sed proprie Deo conueniunt, quae voces nec inter se, nec cum his, quas hæcenus exposuimus, synonymæ sunt.

Hæc posterior ratio conuincit, plura esse prædicata, præter transcendentalia, quae de Deo verè, & proprie prædicantur. Quod in re videtur de fide certum ex varijs modis loquendi scripturæ, quos in sequentibus adnotabimus. Et ex Concilio Lateranensi capitulo Firmiter, dicente, Vnus est solus verus Deus, aeternus, immensus, & incommunicabilis, incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis. Et ex communi consensu Ecclesiae, Patrum, & Theologorum, loquentium de attributis Diuinis, quo nomine hæc prædicata Dei significantur. Ratio vero generalis est, quia non possumus in hac vita diuinam perfectionem apprehendere, prout in se est, & ideo necessario debemus multis conceptibus, & nominibus eam explicare, quae quatenus attribuuntur Deo, iam quodammodo in sua entitate, & essentia concepto, attributa eius dicuntur. Et confirmatur ex mysterio Trinitatis, ad quod explicandum, maxime nobis necessarium est, Diuinam perfectionem ita concipere, nam docemur secundum catholicam doctrinam, & vnaiquam diuinam personam procedere per intellectum, & aliam per voluntatem, & consequenter esse in Deo intellectum, & voluntatem, quae de Deo prædicari possunt.

Ad explicandam igitur hanc veritatem nonnullae partitiones prædicatorum Dei adnotandae sunt, quae ad omnia, quae dicemus, lucem afferent. Primo quaedam prædicantur de Deo proprie, alia metaphysicè. Ita sumitur ex Diuo Thoma 1. p. q. 13. art. 2. & 3. Et patet, nam priori modo dicuntur de Deo omnia, quae significant perfectionem, & in sua ratione formali non inuoluunt imperfectionem, ut Sapientia, Iustitia. Posteriori autem modo dicuntur, quae imperfectionem in suo conceptu inuoluunt, ut Penitentia, dolor, & similia. De posterioribus nominibus certum

4. Quomodo prædicata Dei dicuntur de se ipso. D. Thom.

certum est, non significare in Deo aliquas perfectiones, vel attributa re, vel ratione distincta ab his, quæ nominibus proprijs significantur. Quia res significata proprie per tales voces non inueniuntur in Deo, nec sub hac ratione possunt vero Deo tribui, sed sub aliqua metaphora, per quam voces illæ transferuntur ad significandum aliquid, quod proprie in Deo reperitur. Sic autem ea, quæ per tales voces metaphorice significantur, sunt eadem perfectiones, vel attributa, quæ per alias voces proprie significantur. De his ergo metaphoricis appellationibus Dei nihil amplius a nobis dicendum est, nisi huiusmodi nomina esse in primis omnia illa, quæ corporales res, vel partes earum significant, ut supra capite quarto diximus, ubi Patres retulimus, qui has metaphoras interpretantur. Eiusdemque generis sunt voces omnes, quæ in suo proprio, & formali significato imperfectionem inuoluunt, etiam si non tantum corporalibus rebus, sed etiam spiritualibus conuenire possint, ut dolere, penitere, & similia, de quibus interpretes scripturarum multa dicunt, & in discursu huius operis aliqua attingemus, quantum necessarium fuerit ad explicandum, quomodo aliquibus locutionibus in Deo utimur, præsertim in materia de Trinitate. Nomina ergo, quæ Deo proprie tribuuntur, illa sunt, quæ perfectionem abstrahentem à materia, & ab omni imperfectione indicant, & his vocibus attributa indicantur, quæ nunc inquirimus.

4. Secunda diuisio fit eorum nominum, quæ proprie de Deo prædicantur, quædam enim negatiua sunt, alia positiua, seu affirmatiua. Diuisio est Diui Thomæ, 1. p. quæst. 13. articulo. 2. & 12. Est est communis patrum Dionysii. cap. 2. de Cœlesti Hierarchia. Basilij libro primo contra Eunom. Ioann. Cipariso. Decade 2. capite 1. & Decade 4. capite decimo. Augustini tractat. 2. 3. in Ioann. Clement. Alexand. libro 3. Strom. Prioris generis sunt hæc, Increatus, Incorporatus, Infinitus, Immensus, Inmutabilis, Incomprehensibilis, Inuisibilis, Ineffabilis. Hæc enim tantum sex attributa formaliter, & expresse negatiua inuenio, vel in scriptura, vel in Patribus, & Scholasticis Deo attributa. Sunt vero tria alia, quæ in modo signifi-
ficandi non dicunt expressam negationem, & ideo sub opinione versantur, an dicant negationem nec ne: quæ sunt Simplex, Vnus, Aeternus. Ex quibus duos iam sunt à nobis explicata, & ultra rei entitatem nihil aliud, quam negationem dicere ostensum est. Nam per simplicitatem, ut recte dixit Diuus Thomas in principio quæstion. 3. suæ primæ partis. Non indicatur, quomodo Deus sit, sed quomodo non sit; & idem est de vnitatem, per quam etiam negatur, esse alios veros Deos. De æternitate vero postea dicemus.

5. Posterioris generis sunt nomina illa, quæ perfectionem aliquam positiuam formaliter indicant, inter quæ sunt aliqua transcendentia, quæ iam etiam explicata sunt, ut Ens, seu Res, vel Aliquid, Verum, & bonum, & omnia, quæ his correspondent, ut est essentia, existentia, Bonitas, Veritas, addi etiam potest substantia, prout essentialis esse potest, quam in tractatum de Trinitate latius considerandam remisimus propter affinitatem, quam habet cum proprietatibus personalibus, de quibus ibi etiam dicendum est. Vnde in præsentia hæc omnia transcendentia, & personalia à consideratione attributorum excludimus.

6. Alia ergo sunt prædicata Dei, quæ perfectioni (ut sic dicam) minus generalem significant, & hæc subdistingui possumus. Nam quædam sunt, quæ genus aliquod substantiæ significant, alia, quæ circa substantiam sunt. Nam omnes hæc voces transferuntur in Deum secundum aliquam conuenientiam, quam habet cum creaturis, quia non cogno-

scimus Deum; prout in se est, sed ex effectibus ad illum ascendimus; eique tribuimus perfectiones, quas in effectibus inuenimus; quatenus perfectiones sunt. In nobis vero, vel Angelis, quædam ex his prædicatis concipimus quatenus essentialia secundum rationes genericas, nam secundum specificas non possunt proprie Deo conuenire, & hoc modo illa tribuimus Deo, tanquam directe significantia eius essentiam, sub aliquo generali conceptu, quia licet proprie genus non sit, per modum prædicati communis essentialis significatur. Huiusmodi autem sunt hæc: Substantia, Spiritus, Viuens, Intellectualis, quibus supra vsi sumus ad declarandum aliquo modo quid Deus sit, & propterea hæc etiam excludimus à consideratione speciali attributorum, quam inchoamus.

7. Alia vero sunt inter hæc prædicata, quæ in creaturis solent significare aliquid adiunctum essentia, & illam perficiens, & in hac videtur proprie conuenire, quod Damascenus libro capite quarto, dicit, Quæcumque de Deo per affirmationem dicimus, non ipsius naturam, sed quæ circa ipsius naturam sunt, ostendunt. Quæ verba suo loco infra expendemus. Oportet autem hæc prædicata talia esse, ut in spiritualibus substantijs proprie reperiri possint, nam quæ sunt limitata ad res corporeas, iam ostensum est, non attribui Deo secundum proprietatem. In substantijs autem intellectualibus quinque sunt tantum capita ad quæ omnia hæc attributa reuocari videntur, quæ sunt: Duratio, quæ immediate intelligitur cadere in ipsum esse existentia, Præsentia, ratione cuius dicitur res aliqua in loco esse, intellectus, ad quem pertinent intellectuales virtutes, ut scientia, sapientia, prudentia, ars, & actus immanentes earum, ut intellectio, conceptus mentis, ratio, seu idea, & proprietates illorum actuum, ut euidencia, claritas, certitudo, veritas, voluntas, ad quam etiam spectant virtutes eius, & actus, ut charitas, iustitia, misericordia, liberalitas, amor, propositum velle, intentio, electio, & similes. Atque inter hos actus comprehenditur Providentia, eius pars est prædestinatio, siue in vna, siue in altera, siue in vtraque facultate existat. Vltimum denique ex his attributis est, Potentia, quæ in Deo omnipotentia dicitur. Atque hæc videntur esse omnia prædicata, quæ propria Dei attributa dicuntur.

8. Ex his ergo prædicatis clarum est, negatiua propriissime dici de Deo, quia cum Deus sit perfectissimus, nihil verius de ipso loquimur, quam eum ab eo imperfectionem remouemus. Vnde recte dixit Damascenus supra, Cum Deus nobis incomprehensibilis sit, hoc solum de eo comprehendimus, quod incomprehensibilis sit, ipsam ergo negationem propriissime concipimus, & Deo illam attribuimus. At de affirmatiuis prædicatis videntur Patres interdum dicere nullum esse, quod à nobis Deo proprie attribuat. Ita sentit Dionysius de Mysti. Theologia ca. 12. Vbi ob hanc causam negat Deum esse vitam, essentiam, mentem, rationem, & similia. Idemque late prosequitur capite septimo, de Diuin. nom. Estque vulgare apud ipsum, modum cognoscendi per negationem esse proprium, per affirmationem improprium. Vnde Damascenus capite quarto, sic inquit, Etiam per affirmationem quædam de Deo dicuntur, præcellentis tamen negationis vim habent. Sic etiam Boetius lib. de Trinitate dicit, Deum non esse vere substantiam, sed ultra substantiam. Aug. etiam in libris de Trinitate sæpe ita loquitur, & præsertim lib. 5. cap. 1. lib. 6. cap. 4. & 6. & libro 7. capite quinto. Et sermon. 1. de Verb. Apostol. Denique Iustin. Apol. 1. Clemens Alex. 5. Strom. Basil. epist. 80. & alij sæpe dicunt, hæc omnia improprie Deo attribui. Ratio etiam reddi potest, quia hæc non attribuantur Deo à nobis, nisi pro ut à nobis concipiuntur, sed illo modo non sunt in Deo proprie: ergo.

Propter

STARE
IN
DOM
D. V.
I

9. Quorundam opinio.

Propter hoc quidam dixerunt omnia hæc attributa, quæ videntur dici affirmatiuè de Deo, magis esse ad aliquid remouendum, vt cum dicimus, Deum viuere, solum significare, non ita se habere, sicut res inanimæ, & cum dicimus, esse substantiam, & nõ esse sicut accidentia. Ita refert ex Rabbi Moyse Diuus Thomas dicto artic. 2. qu. 13. p. q. 13. c. 2. Et in 1. d. 2. quæst. 1. artic. 3. vbi etiam refert Auicenam lib. de intelligent. cap. 1. Et Damascenus supra docet, has voces habere vim præ excellentis negationis. At hæc sententia est planè falsa, & contra omnem concipiendi, & loquendi modum. Sic enim dici posset Deus corpus ad significandum non esse ens in potentia sicut est materia prima, vt D. Thom. argumentatur, imò, & materia dici posset, ad significandum non esse omnino nihil, itaque tollitur omnis proprietas loquutionis. Alij, vt idem D. Thomas refert, dixerunt, hæc solum tribui Deo secundum causalitatem, vocari, scilicet, sapientem, quia sapientiam causat. Sed planè est erronea sententia, nam longe est alia intentio scripturæ, cum dicit, Deum amare nos scire omnia, & similia. Item ex illa sententia multa absurda sequuntur in materia de Trinitate, vt in Deo non esse proprie verbum, amorem, processionem intellectus, & voluntatis, nam licet hæc sint notionalia, ita inuoluunt essentialia, vt nisi essentialia propria sint nec notionalia esse possint. Præter alias rationes optimas, quas contra illam sententiam facit D. Thom. d. ar. 2. quæst. 13.

10. D. Thom.

Respondet igitur D. Thom. dicta questione 13. articulo tertio. Duo posse in his vocibus considerari, scilicet, rem formaliter significatam, scilicet, sapientiam, vel iustitiam, & modum significandi, quod, scilicet, significetur in concreto, *Iustus, Sapiens*, vel in abstracto, vt *Sapientia Iustitia*, Quantum ergo ad rem significatam, hæc attributa verè, & proprie sunt in Deo, & ita verè, & proprie de illo prædicantur. Nam perfectio Iustitiæ, & Sapientiæ formaliter in eo est: quia sunt perfectiones, quæ in suo conceptu formali, non inuoluunt imperfectionem. Licet enim ex creaturis desumptæ sint, tamen à nobis abstrahuntur, & altius concipiuntur secundum formalitates suas separando eas ab esse creato, & secundum se illas concipiendo, & sic verè, ac proprie illa Deo tribuimus. At vero quantum ad modum significandi (ait Diuus Thomas) semper retinent nostræ voces, sicut, & conceptus aliquam metaphoram. Quia, vel in concreto, vel in abstracto significant, & in concreto significant per modum compositionis, quæ in Deo nõ est proprie, abstracta vero significant per modum formæ quæ imperfectionem etiam inuoluit: tribuuntur autem hæc Deo, vt per concreta significetur consummata perfectio eius, per abstracta vero simplicitas illius. Et ideo in his vocibus, quoad modum significandi, videtur retineri aliqua metaphora. Sed non est hoc ita intelligendum: vt putentur talia nomina ob hanc causam non dici simpliciter, ac proprie de Deo, quia nomen est proprium ex re, quam significat, non ex modo significandi: nam illum modum non significat directè, nec ad hoc imponitur, sed ad significandum id, quod est tale, vel quod est perfectum, vel simplex. Hæc autem omnia de se abstrahunt ab imperfectionibus compositionis vel informationis, quamuis in rebus, quas nos experimur, non inueniantur sine illis imperfectionibus, & ideo quoad modum concipiendi, & loquendi videtur semper illum imperfectum modum inuoluerè.

11. Aliqua positiua seu affirmatiua attributa de Deo proprie dicuntur.

Sic ergo constat, esse aliqua attributa affirmatiua, seu positiua, quæ de Deo proprie dicuntur. Patres autem, qui interdum videntur improprietatem tribuere his nominibus, quibus hæc attributa significamus, intelligunt quoad modum loquendi nostrum, nostro modo concipiendi accommodatum, non quoad res ipsas. Aliqui etiam addunt, significatum esse à Patribus in illis locis, perfectiones significatas his vocibus non conuenire Deo secundum eandem rationem, qua inueniuntur in creaturis, sed altiori, & excellentiori modo. Sed hoc duobus vel tribus modis potest intelligi. Primo, quod talis perfectio non sit omnino eiusdem rationis in Deo & creaturis. Et hoc plane verissimum est, sed non sufficit. Quis enim dubitet, quin sapientia increata Dei, sit alterius rationis excellentioris à sapientia humana? Hoc tamen præcisè non satis est, vt de his vocibus asseratur improprie tribui Deo. Nam etiam sapientia Angelica non est eiusdem rationis cum humana, & id non est satis, vt dicamus nos improprie tribuere Angelis nomen sapientia. Neque vt dicamus animal improprie dici de homine, quia est excellentius animal, quam cætera. Secundo ergo modo potest intelligi dici improprie, quia talis est sapientia Dei, vt nullam conuenientiam formalem habeat, cum sapientia hominis, hæc ab eis possit communis aliquis conceptus abstrahi, sed solum per quandam proportionalitatem idem nomè vtrisque tribuatur. At hoc nimis multum est, & in rigore existimo esse falsum, vt in disputatione vigesima octaua, Metaphysicatus dixi. Tertio ergo modo intelligi potest solum ratione excellentis analogiæ quæ est inter Deum, & creaturas in his omnibus attributis, quæ in Deo sunt per essentiam, & [vt sic dicam] secundum formalem plenitudinem, in creaturis vero secundum quandam participationem, & essentialem dependentiam à Deo, & hic sensus est verus, vt citato loco ostendi.

Tertio principaliter possunt prædicata Dei, præsertim affirmatiua distingui in absoluta, & respectiua, quorum nomina rationes satis notæ sunt, exemplum vero sunt facilia, nam esse Deum quid absolutum est, esse vero creatorem respectiuum. Ratio vero distinctionis est, quia Deus ipse absoluta substantia est, & vt talis concipitur, quia vero non omnino concipitur, prout in se est, potest etiam concipi modo respectiuo, & ita vtroque modo aliquid Deo attributum. Sed considerandum est, hic non esse sermonem de relationibus ad intra, quæ veræ, & reales sunt, & intra ipsum Deum suos terminos habent, & ideo *ad intra*, dicuntur, excluduntur autem à præsentis consideratione. Tum quia non conueniunt Deo, vt vnus est, sed vt Trinus, Tum etiam, quia non pertinent proprie ad attributa Dei, vt infra libro quarto, de Trinitate dicturi sumus.

12. Distingo prædicata Dei quæ affirmatiua sunt in absoluta, & respectiua.

Omissis ergo relationibus Dei realibus, quæ sunt ad intra, prædicata relatiua hic dicuntur, quæ aliquo modo dicunt relationem ad creaturas. Circa quæ est ulterius aduertendum, quædam talia esse, vt necessario Deo conueniant, etiam si relationes ad creaturam dicere videantur, alia vero non necessario Deo conueniunt, quia absolute possunt non conuenire, & ideo lato modo dicuntur conuenire contingenter, vel potius libere. Prioris generis est omnipotentia, idea, seu ratio rei factibilis, scientia simplicis intelligentiæ creaturarum, & similia. Posterioris generis sunt, Creatio, & Dominium. Quamuis ergo omnia hæc possint comprehendere sub attributis respectiuis, & interdum ita loquantur Theologi, nihilominus nos priora sub absolutis comprehendimus, vt iterum lib. 3. dicemus, quia re vera important aliquam absolutam Dei perfectionem illi conuenientem necessario, quamuis per modum relationis, seu respectus transcendentalis significant. Alia vero, quæ contingentia sunt, proprie dicuntur in præsentis prædicata relatiua, & sub attributis nos illa comprehendimus, licet non desint Theologi qui nolint ea vocare attributa, quæ est contentio de sola voce & nulla est ratio, vel necessitas, quæ cogat ad excludenda illa, vt l. 4. de Trinitate commodius dicemus.

13.

Rursus

Cap. IX. An predicata alia Deo conueniant.

Respectiva
huiusmodi
sunt.
14.
Rursus verò hæc attributa respectiua duplicia sunt, quædam ex æternitate Deo conueniant, nam de illo possent ab æterno predicari, si ab æterno fuisset, qui tales propositiones formaret, & Deus ipse de se illa cognouit ab æterno, licet non modo respecti- uo, nec imperfecto, talia sunt: præscientia, prædesti- natio, prænitio, Providentia, & similia. Alia vero sunt, quæ de Deo ex tempore vere dici incipiunt, vt esse creatorem, Dominum, &c. quæ ante mundi crea- tionem de Deo non possunt vere enunciari. Ratio vtriusque partis est, quia priora dicunt relationem fundatam in solo actu immanentis Dei, qui æternus est, & ideo re ex æternitate Deo conueniunt, post- riora vero fundantur in actione transeunte, quæ non est, donec aliquid ad extra fiat, & quia hoc incipit esse in tempore, ideo predicata inde resultantia ex tempore etiam de Deo dicuntur.

35.
Sub ijs ergo diuisionibus, tota Latitudo attribu- torum Dei sufficienter comprehenditur: Cur au- tem tot, & non plura numerentur Dei predicata, seu attributa, multi existimant, solum esse, quia hæc sufficiunt ad Dei explicandam naturam, & perfe- ctionem, quatenus in hac vita concipi potest, & de facto à Theologis, & sapientibus non sunt plura excogitata. Nam ex parte Dei possent hæc in infinitum multiplicari, cum ille infinitus sit. Et licet sit vna simplicissima essentialis perfectio, vt mox dice- mus, tamen quam diu non concipitur, prout in se est, potest infinitis conceptibus, & modis inadæquatis concipi, & ita possent attributa eius in infinitum mul- tiplicari. Sed licet hoc aliquo modo verum sit, con- siderando perfectionem diuinam, vt patricipabilem à creatura, & sub tali respectu; ratione cuius Idææ, seu exemplaria diuina in infinitum multiplicari possunt in ordine ad creaturas posibles. Nihilomi- nus attributa illa Dei, quæ naturam ei, & essentiam, ac perfectionem absolute declarant, certam ali- quam rationem habere possunt, ob quam tot, & non plura numerentur. Quia in primis diuisio illa attributorum in negatiua, & affirmatiua adæquata est ex oppositione membrorum. Deinde negatiua attributa tot multiplicanda fuerunt, quot sufficere possent, vt intelligamus excludi à Deo omnes im- perfectiones creaturarum, quod sufficienter fit per ea, quæ numerauimus. Nec in his negatiuis prædi- catis est alia exigenda ratio. Nam sine dubio possunt in infinitum multiplicari, si formæ creaturarum, vel genera, & species de Deo negantur, tamen illud superuacaneum esset, & extra rationem scientiæ, & artis. Quod autem illa attributa negatiua, quæ supra numerauimus, recte distincta fuerint, inde intelli- gi potest, quod aliquid remouetur per vnum quodque illorum, quod non remouetur per reliqua: quod ve- ro ad prædictum finem sufficiant ex dicendis libro sequenti constabit.

16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.
61.
62.
63.
64.
65.
66.
67.
68.
69.
70.
71.
72.
73.
74.
75.
76.
77.
78.
79.
80.
81.
82.
83.
84.
85.
86.
87.
88.
89.
90.
91.
92.
93.
94.
95.
96.
97.
98.
99.
100.
101.
102.
103.
104.
105.
106.
107.
108.
109.
110.
111.
112.
113.
114.
115.
116.
117.
118.
119.
120.
121.
122.
123.
124.
125.
126.
127.
128.
129.
130.
131.
132.
133.
134.
135.
136.
137.
138.
139.
140.
141.
142.
143.
144.
145.
146.
147.
148.
149.
150.
151.
152.
153.
154.
155.
156.
157.
158.
159.
160.
161.
162.
163.
164.
165.
166.
167.
168.
169.
170.
171.
172.
173.
174.
175.
176.
177.
178.
179.
180.
181.
182.
183.
184.
185.
186.
187.
188.
189.
190.
191.
192.
193.
194.
195.
196.
197.
198.
199.
200.
201.
202.
203.
204.
205.
206.
207.
208.
209.
210.
211.
212.
213.
214.
215.
216.
217.
218.
219.
220.
221.
222.
223.
224.
225.
226.
227.
228.
229.
230.
231.
232.
233.
234.
235.
236.
237.
238.
239.
240.
241.
242.
243.
244.
245.
246.
247.
248.
249.
250.
251.
252.
253.
254.
255.
256.
257.
258.
259.
260.
261.
262.
263.
264.
265.
266.
267.
268.
269.
270.
271.
272.
273.
274.
275.
276.
277.
278.
279.
280.
281.
282.
283.
284.
285.
286.
287.
288.
289.
290.
291.
292.
293.
294.
295.
296.
297.
298.
299.
300.
301.
302.
303.
304.
305.
306.
307.
308.
309.
310.
311.
312.
313.
314.
315.
316.
317.
318.
319.
320.
321.
322.
323.
324.
325.
326.
327.
328.
329.
330.
331.
332.
333.
334.
335.
336.
337.
338.
339.
340.
341.
342.
343.
344.
345.
346.
347.
348.
349.
350.
351.
352.
353.
354.
355.
356.
357.
358.
359.
360.
361.
362.
363.
364.
365.
366.
367.
368.
369.
370.
371.
372.
373.
374.
375.
376.
377.
378.
379.
380.
381.
382.
383.
384.
385.
386.
387.
388.
389.
390.
391.
392.
393.
394.
395.
396.
397.
398.
399.
400.
401.
402.
403.
404.
405.
406.
407.
408.
409.
410.
411.
412.
413.
414.
415.
416.
417.
418.
419.
420.
421.
422.
423.
424.
425.
426.
427.
428.
429.
430.
431.
432.
433.
434.
435.
436.
437.
438.
439.
440.
441.
442.
443.
444.
445.
446.
447.
448.
449.
450.
451.
452.
453.
454.
455.
456.
457.
458.
459.
460.
461.
462.
463.
464.
465.
466.
467.
468.
469.
470.
471.
472.
473.
474.
475.
476.
477.
478.
479.
480.
481.
482.
483.
484.
485.
486.
487.
488.
489.
490.
491.
492.
493.
494.
495.
496.
497.
498.
499.
500.
501.
502.
503.
504.
505.
506.
507.
508.
509.
510.
511.
512.
513.
514.
515.
516.
517.
518.
519.
520.
521.
522.
523.
524.
525.
526.
527.
528.
529.
530.
531.
532.
533.
534.
535.
536.
537.
538.
539.
540.
541.
542.
543.
544.
545.
546.
547.
548.
549.
550.
551.
552.
553.
554.
555.
556.
557.
558.
559.
560.
561.
562.
563.
564.
565.
566.
567.
568.
569.
570.
571.
572.
573.
574.
575.
576.
577.
578.
579.
580.
581.
582.
583.
584.
585.
586.
587.
588.
589.
590.
591.
592.
593.
594.
595.
596.
597.
598.
599.
600.
601.
602.
603.
604.
605.
606.
607.
608.
609.
610.
611.
612.
613.
614.
615.
616.
617.
618.
619.
620.
621.
622.
623.
624.
625.
626.
627.
628.
629.
630.
631.
632.
633.
634.
635.
636.
637.
638.
639.
640.
641.
642.
643.
644.
645.
646.
647.
648.
649.
650.
651.
652.
653.
654.
655.
656.
657.
658.
659.
660.
661.
662.
663.
664.
665.
666.
667.
668.
669.
670.
671.
672.
673.
674.
675.
676.
677.
678.
679.
680.
681.
682.
683.
684.
685.
686.
687.
688.
689.
690.
691.
692.
693.
694.
695.
696.
697.
698.
699.
700.
701.
702.
703.
704.
705.
706.
707.
708.
709.
710.
711.
712.
713.
714.
715.
716.
717.
718.
719.
720.
721.
722.
723.
724.
725.
726.
727.
728.
729.
730.
731.
732.
733.
734.
735.
736.
737.
738.
739.
740.
741.
742.
743.
744.
745.
746.
747.
748.
749.
750.
751.
752.
753.
754.
755.
756.
757.
758.
759.
760.
761.
762.
763.
764.
765.
766.
767.
768.
769.
770.
771.
772.
773.
774.
775.
776.
777.
778.
779.
780.
781.
782.
783.
784.
785.
786.
787.
788.
789.
790.
791.
792.
793.
794.
795.
796.
797.
798.
799.
800.
801.
802.
803.
804.
805.
806.
807.
808.
809.
810.
811.
812.
813.
814.
815.
816.
817.
818.
819.
820.
821.
822.
823.
824.
825.
826.
827.
828.
829.
830.
831.
832.
833.
834.
835.
836.
837.
838.
839.
840.
841.
842.
843.
844.
845.
846.
847.
848.
849.
850.
851.
852.
853.
854.
855.
856.
857.
858.
859.
860.
861.
862.
863.
864.
865.
866.
867.
868.
869.
870.
871.
872.
873.
874.
875.
876.
877.
878.
879.
880.
881.
882.
883.
884.
885.
886.
887.
888.
889.
890.
891.
892.
893.
894.
895.
896.
897.
898.
899.
900.
901.
902.
903.
904.
905.
906.
907.
908.
909.
910.
911.
912.
913.
914.
915.
916.
917.
918.
919.
920.
921.
922.
923.
924.
925.
926.
927.
928.
929.
930.
931.
932.
933.
934.
935.
936.
937.
938.
939.
940.
941.
942.
943.
944.
945.
946.
947.
948.
949.
950.
951.
952.
953.
954.
955.
956.
957.
958.
959.
960.
961.
962.
963.
964.
965.
966.
967.
968.
969.
970.
971.
972.
973.
974.
975.
976.
977.
978.
979.
980.
981.
982.
983.
984.
985.
986.
987.
988.
989.
990.
991.
992.
993.
994.
995.
996.
997.
998.
999.
1000.

viuens, spiritalis, intellectualis, & hic est proximus gradus: in quo intelligitur Deus habere excellen- tiam suam. Alia vero sunt predicata, quæ videntur attribui Deo per modum proprietatum, & quædam tribuuntur tanquam consequentia rationem entis, vt sunt transcendentia, de quibus iam dictum est. Alia, vt consequentia talem essentiam, & omnia re- ducuntur ad tria, scilicet, scientiam, voluntatem, & potentiam agendi, nam reliqua, vel negationem in- cludunt, vel sub his continentur, vt videbimus. Hæc autem ideo sic numerantur à nobis, quia in intelle- ctuali natura has proprietates inuenimus, & non plures.

CAPVT X.

An diuina attributa distinguantur in re ab essentia Dei.

In hac quaestione sermo est de attributis, quatenus aliquid reale, & posituum, in Deo ponunt, & po- nere concipiuntur, nec enim de negatiuis, vel rela- tionibus rationis dubitari potest, quomodo distin- guantur ab essentia Dei, quia cum nihil formaliter sine, non possunt habere realem identitatem cum essentia, nec propriam distinctionem positiuam, (vt sic dicam ex parte termini) sed negatiue dici possunt non habere identitatem. Loquor autem formaliter de relatione, vel negatione, nam si per illa circun- scribitur, vel indicatur perfectio aliqua, quæ sit fun- damentum relationis, vel negationis, in illa poterit habere locum proposita quaestio. In qua in primis supponimus tanquam de hinc certum, perfectiones illas, quæ formaliter tribuuntur Deo, eique vere insunt, non esse res distinctas realiter ab ipsa essentia Dei: Ita supponunt omnes Theologi sine con- trouersia, & à fortiori probabitur ex his, quæ infra dicemus. Vnde sententia cuiusdam Gualteri, quem ferunt, posuisse attributa hæc realiter distincta ab es- sentia, intellecta, vt sonat, de propria distinctione reali, hæretica est: & contra omnem rationem natu- ralem, vt constat ex his, quæ diximus disputatione trigesima, Metaphysic. sectione quinta. Est etiam contra definitiones fidei, vt ex nunc dicendis co- stabit, & à fortiori probari potest ex his, quibus in- fra libro tertio de Trinitate ostendemus relationes, vel personas diuinas non distingui realiter ab essen- tia Dei.

Hoc ergo supposito, est celebris sententia Scoti r. distinct. 3. quaestio. 4. & sumitur à simili ex his, quæ tractat de distinctione inter essentiam, & relatio- nem diuinam in 1. distinction. 2. quaestio septima. Ille ergo asserit, attributa distingui ab essentia, non quidem realiter actualiter, nec ratione tantum, sed formaliter, quam voluit esse distinctionem mediam inter realem, & rationis. Verumtamen de sensu Scoti incertum est, qualem posuerit hanc distin- ctionem formalem, nam verba quibus vtitur, æ- quiuocant, & possent ad sensum meliorem tra- hi, quo communiter intelliguntur. Eius tamen Sectatores communiter nolunt aliquam interpre- tationem admittere, sed omnino volunt, hanc esse actualem distinctionem ante omne opus in- tellectus, vt verba Scoti interdum sonant: Et illam attribuunt diuinis attributis comparatione essen- tiæ. Vt autem Scotus probet sententiam suam, prius ostendit distinctionem attributorum inter se, dein- de concludit distinctionem eorum ab essentia. Fun- damenta prioris partis sumuntur ex modo loquen- di, & concipiendi, quia negamus vnum attributum de alio, vt intellectum de voluntate, iustitiam de mi- sericordia, ergo signum est, inter se distingui ante o- perationem intellectus. Nam affirmatio, vel negatio nõ est vera, quia à nobis concipitur, vel pfertur, sed quia

7.
Thema dif-
ficulter ab
ponitur.

2.
Sensu
Scoti.

Fundamen-
ta Scoti.

SCOTI
LIBRARIUS
D. V.